

secum sicut fuit cum Moze. *Qui contradixerit ori tuo, & non obedivit cunctis sermonibus, quos praeperis ei, moriatur.* Si vero ita sese ut hic, summa potestas non babeat, subjectio quoq; non adeo latè est extendenda. Dicitur quidem: *Omnis anima subdita sit potestatibus supereminentibus:* at ita intel- ligendum, ut Potestati respondeat subjectio: *hec duo siquidem correlata adeoq; paria sint, ut neutrum altero latius pateat.* Summa potestas si est absoluta & infinita, subjectio quoq; ita erit. Sin vero finita & limitata illa, *hec quoq; similiter com- parata erit.* Quoniam itaq; Deus S. R. Majestati Dania in nos, utpote immunita urbis incolas, non pacificum adhuc, sal- tem bellicum concessit imperium; ejus etiam est moderationis & equitatis, ut non pacificam, sed bellicam solum à nobis re- quirat subjectionem, i.e. non ea jam postulat, olim que Iosua à subditis suis, vel nunc nuper Serenissimus Rex Sueciae à no- bis, queq; obsequentiissimè prestita fuere, postulavit; tributum puta armorum & expeditionis, ut ad arma veniamus, quod nostrum quidam contra concives suo ausu fecere, optimus Rex à nobis non poscit. Hoc enim qui agunt, absq; voluntate ipsius, imo invito eo hoc agunt, adeoq; omni jure tripli patibulo dia- gnissimi: primùm quidem quod proprio ausu citra omne man- datum diripere atq; latrocinia committere audeant: deinde quod ea diripiunt, que sibi ipse jure belli Rex attribuerat; po- stremò, quod ut dixi, concivium suorum bona tam nefario ausu diripiunt; quod pessimum hominum genus, humanam quanquam declinet, nunquam tamen divinam, de qua non est quod dubi- tet, vindictam evitabit. Hoc ne perduellem & perju- rum in Regem Succiæ fuisse? hocne cives à legitimo suo Rege in hostium partes pertrahere instituisse? Quid dici potuit illo rerum statu in Regem Sueciæ fidelius? quid candidius? quid denique in eos qui se hostes ipsius

S

proba-